

Cicero: Pro Roscio Amerino: The penalty for parricide

hac in re maiores nostri quantum prudentia praestiterint eis, qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur, considerate. prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur; eius porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, eum qui leges quibus hodie quoque utuntur, scripsit. is cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset

5

in eum qui parentem necasset, respondit se id neminem facturum putasse. sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere videretur. quanto nostri maiores sapientius! qui cum intellexerent nihil esse tam sanctum quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare 10 excogitaverunt ut, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ei magnitudine poenae a maleficio summoventur. insui voluerunt in culleum vivos atque ita in flumen deici.

maiores	fore-fathers
praesto + dat	surpass
considerate ... quantum =	Indirect Question
potior + gen	rule, have mastery over
traditur	(it) is said
porro	furthermore
(6) respondit se putasse	+ neminem futurum <esse>
tam ... quam	so much ... as
excogito	devise
singularis	special, unusual
retineo	oblige (someone) to remain
officium	duty, obligation
(11) quos	= ei quos
summoveo	ward off, keep away from
insuo	sew into

## Cicero Tusculan Disputations

True happiness lies in freedom from fear and excessive desires.

*For who cannot be wretched if he fears death or pain, one of which is often present, the other of which always hangs over us?*

quid? si idem, quod plerumque fit, paupertatem ignominiam infamiam timet, si debilitatem caecitatem, si denique, quod non modo singulis hominibus, sed potentibus populis saepe contigit, servitatem, potest ea timens esse quisquam beatus? quid, qui non modo ea futura timet, verum etiam fert sustinetque praesentia? adde eodem exilia luctus orbitates: qui rebus his fractus aegritudine eliditur, potest tandem esse non miserrimus? quid vero? illum, quem libidinibus inflammatum et furem videmus, omnia rabide adpetentem cum inexplebili cupiditate, quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem, nonne recte miserrimum dixeris? quid? elatus ille levitate inanique laetitia exultans et temere gestiens nonne tanto miserior quanto sibi videtur beator? ergo ut hi miseri, sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullae aegritudines exedunt, nullae libidines incitant, nullae fuites laetitiae exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. ut maris igitur tranquillitas intellegitur nulla ne minima quidem aura fluctus commovente, sic animi quietus et placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat.

quid? (introduces a new idea – also line 4 etc) furthermore, next  
idem the same man

(1) quod (also line 2) something which

NB the following are all objects of 'timet': paupertatem ignominiam infamiam debilitatem caecitatem servitatem

(5) orbitates childlessness

aegritudo distress

elido break, crush

(8) quoque affluentius... eo gravius ardentiusque = quo + que; quo + comparative, eo + comparative = the more x... the more y

affluentius copiously, greedily

gestio act, behave

(11) ut... sic as (are)... so (are)

exedo eat away

intellegitur (here) can be observed(?)

## Cicero: Pro Milone (1)

*Cicero describes Clodius' hatred of Milo and the beginning of his plan to do away with him.*

When this man, who was prepared for any form of wickedness, saw that this very brave man, his enemy, would certainly be consul, and he understood that his had often been made clear not only by the words, but also the votes of the Roman people, he began to act openly and openly to declare that Milo must be killed.

servos agrestes et barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat Etruriamque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. res erat minime obscura. etenim palam dictitabat consulatum Miloni eripi non posse, vitam posse. significavit hoc saepe in senatu, dixit in contione. quin etiam M. Favonio, fortissimo viro, quaerenti ex eo qua spe fureret Milone vivo, respondit triduo illum aut summum quadriduo esse periturum: quam vocem eius ad hunc M. Catonem statim Favonius detulit. interim cum sciret Clodius – neque enim erat difficile scire – iter sollemne, legitimum, necessarium ante diem xiii. Kalendas Februarias Miloni esse Lanuvium ad flaminem prodendum, Roma subito ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insidias conlocaret. atque ita profectus est, ut contionem turbulentam, in qua eius furor desideratus est, quae illo ipso die habita est, relinqueret, quam nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, numquam reliquisset. 5 10

depopulor	plunder
contio	public assembly
triduo	within 3 days
iter sollemne	(Milo had religious duties to perform at Lanuvium)
ante diem xiii Kal Feb	(any thoughts?)
flamen	priest
prodo	(here) nominate
desidero	be missing, lacking

## Cicero Pro Milone (2)

Cicero describes the brawl in which Clodius was killed; he blames Clodius for having started the fighting.

*However, on that day, when Milo had been in the Senate up till the time when the Senate was dismissed, he came home; he changed his shoes and his clothes;*

paulisper, dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est; dein profectus id temporis cum iam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. obviam fit ei Clodius, expeditus, in equo, nulla raeda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut solebat, sine uxore, quod numquam fere, cum hic insidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in raeda, paenulatus, magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu. fit obviam Clodio ante fundum eius hora fere undecima, aut non multo secus. statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum adversi raedarium occidunt. cum autem hic de raeda reiecta paenula desiluisset, seque acri animo defenderet, illi qui erant cum Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad raedam, ut a tergo Milonem adorirentur; partim, quod hunc iam interfectum putarent, caedere incipiunt eius servos, qui post erant: ex quibus qui animo fideli in dominum et praesenti fuerunt, partim occisi sunt, partim, cum ad raedam pugnari viderent, domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent et re vera putarent, fecerunt id servi Milonis nec imperante nec sciente nec praesente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.

comparat	= parat (likewise apparasset (6))
id temporis	during that time, round about that time
expeditus	without any luggage (suggesting that he hadn't really been making a journey)
raeda	carriage
(5) hic insidiator	= Milo (Cicero is being ironic; he describes Milo as the antithesis of an assassin)
paenulatus	wearing a heavy cloak (paenula (10) – cloak)
secus	later
raedarius	coachman
(9) hic	= Milo
animo ... praesenti	(ablative of description)
16)	id ... quod

## Cicero Philippic 2

Cicero is disgusted by Antony's immoral behaviour. (Actors and actresses were of low class in Rome and had a reputation for promiscuity; Antony's association with them is a sign of disgrace.)

*You arrived at Brindisium and threw yourself into the arms and the embrace of your beloved actress.*

quid est? num mentior? quam miserum est id negare non posse, quod sit  
turpissimum confiteri! si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem  
exercitus? quis enim miles fuit, qui Brundisi illam non viderit? quis qui nescierit  
venisse eam tibi tot dierum viam gratulatum? quis, qui non indoluerit tam sero  
se, quam nequam hominem secutus esset, cognoscere? sed haec, quae 5  
robustioris improbitatis sunt, omittamus; loquamur potius de nequissimo genere  
levitatis. tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate  
tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani  
conspectu vomere postridie. o rem non modo visu foedam, sed etiam auditu! si  
inter cenam in ipsis tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non 10  
turpe duceret? in coetu vero populi Romani negotium publicum gerens, magister  
equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus  
gremium suum et totum tribunal inplevit! sed haec ipse fatetur esse in suis  
sordibus; veniamus ad splendidiora.

municipium town

tot dierum viam on a journey...

gratulatum (any thoughts on construction?!)

nequam (indeclinable adjective) worthless (also (6) nequissimo)

improbitas shamelessness

levitas worthlessness

istis..firmitate (ablatives of description: Antony's muscular physique was well-known; Cicero compares him in a derogatory way to a gladiator -- another group whose morals and behaviour were suspect)

Hippias an actor

(11) duco (here) think, consider

magister equitum Master of the Horse (a rank in the Roman government)

ructo belch

frustum piece, morsel

esculentus of food

tribunal stage (where presiding magistrate sat)

splendidiora (ironic)